



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XLIV. Ius eligendi Papam & Episcopos, an sit Populi, de lure diuino?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

tyceros; Sicut ego constitui tibi. Et Flacciani Cent. 1. l. 2. c. 2. primos Episcopos ab Apostolis esse constitutos fatentur.

QVÆSTIO XLIII.

Sitne Pastorum Electio immediate à Deo solo, aut ex carnali pagina?

JOAN. WICLEF & HYSS, teste Tho. Walden, l. 2. doctrina fidei. 39. & 40. Solius Dei esse aiebant, Pastores elegere. Quia iolus nouit praedestinatos prios; quales Pastores oportet esse. Eorum articuli in Concilio Constantiensi Sess. 8. damnantur tales. *Praetus prescitus & malum non habet potestam super Fideles: Et, et aquinoce Pastor. Et, Non electioni hominū, ex operibus electi oportet credere.*

A V T O R. Deus, 1. Rg 10. elegit Saulem; at dein reprobum Christus Iudam; Ioan. 6. Nonne ego vos XII. elegi, & unus ex vobis diabolus est? Apostoli inter Diaconos, Act. 6. Nicolaum elegerunt praefulem. 3. Patres consentiunt, improbos Episcopos esse tamen veros: vt Ioann. 11. Cyphas, cum eisset Pontif. anni; illius, prophetauit. Electio autem per Sortes et si, Act. 1. ab Apostolis usurpata expriuilegio, tamen recte ab Ecclesia est proflus omissa. Vide Bell. l. 1. de Clericis c. 6. De Lutherano-calvinianis Praedestinatis fileo. VViceliffant.

11. HERBARIUS nascabantur Sacerdotes, Tribu Leutica semel à Dto ad d. destinata; Benetunc.

A V T O R. At Christianū non decebat Sacerdotium propago carnalis. 1. Quia sunt Sacerdotes secundum ordinem Melchisedech. Hebr. 7. Ideoque sine patre, sine matre, sine Genialogia. 2. Sic prædictit Isa 66. Abs manu eis Sacerdotes & Levitas. &c. Aliud est, ut Sacrificium, sic & Sacerdotium, in Nouo Testamento;

i

QVÆSTIO XLIV.

*Ius eligendi Papam & Episcopos. &c.
An sit Populus de luce diuino?*

LUTHERO-CALVINISTA suprà q. 41, affirmant.

SVADENT istis. 1. Quia, ait Calvinus, veteres populare electionem usurpabant. Sicut in politicis, electio Regis est Populi. Cætera argumenta colligit ex Lutherio Bigatio, Calvino, Illricus l. de electione.

2. Qui, Matth. 16. Tibi, ut Ecclesiam præsentanti, ait Aug. tr. Et. 124. in Ioann. dñi claves. &c. 3. Matth. 18. *Quicumque alius eritis: Qui alii? Dic Ecclesie, id est, populo.*

3. Episcopi sunt Ministri Eccl. sive non Domini: 1. Cor. 3. 1. Pet. 5. Ecclesia autem 1. Tim. 3. est Columna veritatis ergo per hanc, non illos, summa est tribunal.

4. Quia, Act. 1. Tota Ecclesia elegit Matthias & Barnabam; non Apostoli.

5. Act. 6. Multitudo credentium elegunt Stephanum.

6. Act. 14. Cum constituerint, regimur omnes, id est, elegunt per suffragia, illi per singul. ciuitates Presbyteros.

7. Quia sic docet S. Cyprianus, & Coss. Nycaenum, & H. generale: Et sic usus per 1300. annos in Ecclesia.

A V T O R. Electio non est Plebis vel iure.

1. Non diuino, patet in Antich. part. 2. quest. 17. itemque lupta q. 42.

2. Adde, Hebr. 5. Nemo sumit sibi honorem; sed qui vocatur, ut Aaron: qui Moysè, non à Populo est electus.

3. Iure dinino & naturali Episcopi sunt Pastores plebis: Act. 20. 1. Pet. 5. Non controvenerunt. At Pastorum est Prescere, id est, Regere; ad quod Eligere quoque pertinet.

4. Apo-



*An sint Ordines Sacri septen i; Et
que officia singulorum?*

4. Apostoli ad procul dissitas gentes mittebant Episcopos; ergo ipsi, non gentes, eligebant. Neque populus, p. t. sens Apostolis, eligebant; quia unus populus non potest alteri Pastorem eligere: vt cōtrahat Kemnitius ab illo testimonio villo.

5. Sic Concilia, & S. Patres.

6. Plura sequentur in conu. moda ex populati electione. *B. II. c. 7.*

DICO AD I. Usuratio fuit surreptitia, ideo & sublatio est. Nam postulatio testimonii à populo fiebat de vita eligendi, vt electram acceptior, & degenerauit in Constitudinem, Apostolicæ contrariam constitutioni.

AD II. Augustinus ideo ait Petru in persona Ecclesie Claves accepisse, quia in eius utilitatem accepit, & transmissurus ad posteros erat.

AD III. Prælati sunt Ecclesia, vt pars melior, ideoque maior; iusq; habet soluendi, &c.

AD IV. Episcopi sunt ministri Ecclesie, eam regendo, non ci obedendo.

AD V. Chrysostomus, ait, id Petru fecisse ex concessione, non necessitate. Erat exemplo uno non valet argumentum contra legem.

AD VI. Idem dico. Dein, ea erat electio Diaconi, non Episcopi.

AD VII. Grammaticè ita significat *χειροτονία*: at Ecclesiastice est *Ordinationem* per manus impositionem.

AD VIII. Vide *B. II. Postulationem* populi fuisse, non Electionem: Sicque loquuntur historiæ, &c.

Q VÆSTI O X L V .

L V THERANI (vt Kemnitius in *Exam. Trid. Seſſ.* l. 2.) numerum Ordinum sepienarum reprehendit: Statuuntque ternarium: Episcoporum, quos Pastores: Presbyterorum, quos Seniores, seu Doctores, vel Ministros verbi dicitant; & Diaconorum. Exorcisti plane reuident: reliquos autem à Pastorebus pro necessitate ass. mi cooperatores.

S V A D E T Kemnitius, 1. Quia, S. Dionysius tria solum numerat. 2. Canones Apostolorum quinos. 3. S. Ambrosius item quinos. 4. S. Ignatius plures quam septem. 5. Canonistæ addunt Psalmistam.

C A L V I N V S consonat Kemnitio, *Inſtit. I.* 4. c. 4. §. 19. Quia, ait, S. Hieronymus numerat quinque ordines.

A V T O R. Semper in Ecclesia viguerunt Ordines septem, qui ad Eucharistie ministeriam certo titu referuntur; Minores quatuor, Ostiar. Lect. Exorc. Acoluthorū. Maiores tres, Subdi. Diac. Presbyterorum. Sic Clemens, Ignatius, &c. &c. S. Patres, & Concilia. *D. Thomas. p. 3. q. 37. art. 2.*

Tres Sacri sunt ex Institutione diuinæ: habentque Antiquitatem patrem Ecclesie primitiæ omnes septem. Mentiatur itaque Caluinus dicens, *Primi: iue Ecclesie incogniti fuerunt, & multis postea annis exco: gatati. Bell. I. 1. c. 12.*

DICO AD I. S. Dionysius numerum triū dedit Hierarchiarum militantis Ecclesie, non Ordinum.

AD II. S. Dionysius instituit nūquam omnes referre; sed ex occasione iam hos, iam istos.

AD III. S. Ambrosius non negat aliquos diaeos: quos obseruauit facto.

AD IV. S. Ignatius etiam impræcipiē d. eos numerauit.

AD V. Canonistæ quia distinguunt Episcopum à Presbytero, Lectorem à Dd Canon-

